



## **Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.**

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum  
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra  
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure  
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;  
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &  
heriditarias quasi successiones

**Epo, Boetius**

**Duaci, M.D.LXXXIIX.**

144 Qua in re peccauerint hi permutantes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

stauerant, non fit propter nudum tractatum  
sed propter absolutum ad permutanda benefi-  
cia consensum; adeò vt & resignatio iam ex al-  
tera parte subsequeretur, altera simul parte be-  
neficium sic resignatum cōsanguineo cuidam  
suo confestim assignante; sicuti patet ex ipso  
contextu: quin & accedente promissione me-  
morati L. de præbenda sua vicissim resignanda  
huic G. (Laurentium nominat hic alterum Ioan-  
nes Imolenis, alterum verò Gerardum) cūm  
tamen Episcopi consensus non inueniatur pe-  
titus. deinde iuxta Panormitani traditionē hic  
nu. 7. in fin. resignatio Gerardi fiebat in fauo-  
rem tertij, nimirum illius qui Laurentio con-  
sanguineus erat. Atque his in rebus latebat  
hulcus istud quod hic erumpebat; & hinc illæ  
lachrymæ, vel potius hinc gratiæ Pontificalis  
quasi malagina medicum quoddam quo variè  
delinquentibus parcebatur: quam tamen gra-  
tiam fortassis vix impetrassent, si non ex leui-  
tate quadam sed malitiosè peccassent. de qua  
quidem leuitate constat ex integrioris conte-  
xtus nostri supplemento. Quamuis igitur pa-  
ctiones omnes beneficiales vt ac tanquam si-  
moniacæ damnentur, c. cūm pridem. & c. vlt.  
s. de pact. huiusmodi tamen tractatus nudus  
de permutatione beneficiorū canonicè facien-  
da vitio simoniæ caret. adeò vt etiam si publi-  
cum fieret inter ita tractantes instrumentum,  
stipulationibus atque promissionibus interue-  
nientibus de Summo Pontifice vel eius Lega-  
to vel Episcopo super approbatione permuta-  
tionis

*Quia in re pec-  
cauerint hi  
permutantis.*

rionis ad eundo, cuius videlicet ad arbitrium & nutum omnia referant hi permutaturi, nihil ab his improbè factum censeretur, alioquin enim permutatio beneficiorum nunquã perfici posset, nisi vel tractatus vel tractatio talis præuia periculo careret: nam quã perueniretur ad permutationẽ sine præfationibus vllis vel sermonibus vtrò citroq; habitis? Qua de re longos vide logos apud Boërium decil. 205, ac Deciũ consil. 141. non nihil etiã adferente Rebuffo part. 3. suã prax. benefic. tit. de permut. nu. 52. & 53. Quibus ita positis, quæstionis deinceps est inter nostros admodum controuersa, an si tractatus huiusmodi sit factus interueniẽte stipulatione vel etiã iureiurando (de dãda scilicet opera curandoq; vt vel per Põtificem vel eius legatum vel per ordinarium id est Episcopum permutatio futura probetur) ac post huiusmodi tractatum pars altera ducatur pœnitẽtia neque promissum velit implere, per alteram partem iure cogi possit, vt stet promissis & permutationem futurã quantum in se est impleat? Ac quoniam nihil hic est illicitum, neque res inter contractus innominati (qui nullus adhuc initus est) limites cõstitit sed vel in stipulationem vel in iusurandũ abiit, ratio fidei liberanda suadet vt resiliere nõ liceat altero inuito, sed promissũ sit implendũ. quod & Federicus ille Senensis quæst. sua 28. iustissimè probat ac alij merito sequuntur. nec enim stipulatio hæc est accessoria sed principalis, ita vt per sese subsistat neque naturã contractus innominati sequatur.

145  
An à stipulatione vel etiã iureiurando de permutandis beneficiis resiliere liceat inuita parte altera.